



**Clypeus Theologiæ Thomisticæ**

In Tres Partes Divisus, Et Quinque Volvminibvs Comprehensvs

Tractatus de Beatitudine, de Actibus humanis, eorumque Moralitate, de  
Virtutibus ac Donis, de Vitiis ac Peccatis, & de Legibus, nec-non  
Dissertationem Theologicam de Probabilitate

**Gonet, Jean-Baptiste**

**Coloniæ Agrippinæ, 1671**

§. IV. Aliæ rationes expenduntur

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78232](#)

curitatem procurator, quid tibi prodest si paterfamilias non accepte? Procurator sum servus sumvū tibi dicam, vire quomodo vī, Dominus te non perdet. Securitatem ubi procurator dedit; nihil valer securitas procuratoris: utinam tibi Dominus securitatem daret, & ego te secum faciem: Dominis enim securitas valet, etiam si non sum mea, nihil valer, si ille noluerit. Cū ergo Deus securitatem non promiserit quacumque opinionem probabilem sequentibus, nec ullum hujus dogmatis in Scriptura aut Sanctis Patribus extet vestigium; & illud ratione firmā probari non possit, inquit potius ratione videatur contrarium, ut infra patebit, manifestum est illud à novorum Theologorum & Calvistorum suffragio non posse omnimead securitatem & firmitatem habere, quæ mortalem omnem excludat formidinem, quæve operantem ex opinione minus probabili, in concursu probabilitioris, à peccato excusat. Unde Lacordarius libro tertio capite decimo recte admonet: Ne tribunus autoritate cuiusquam; sed veritati potius accedamus. Et subdit: Nullus hic temeritatis locus est: in annum fultitia pœna subienda est, si aut persona inanis, aut opinio falsa decepitur.

Addo novorum Theologorum & Casuistarum authoritatem & suffragium, non posse ultima probabilitatis sphæram aliquam sententiam evicare: unde quamvis prædicto dogmati accedat extrinsecum illorum suffragium, semper remaneat intra limites & terminos probabilitatis; subindeque moraliter certitudinem causare nequit, nec omnem formidinem & dubietatem manuam probatam à conscientia expellere: nam, ut supra dicebamus, sicut ex contingentī solū contingens, ita & ex probabili & fallibili non nisi probabile & fallibile sequi potest.

Ex quo patet, judicium reflexum de probabilitate sententia minus probabilis, in concursu probabilitoris, non posse certificare conscientiam de rectitudine operationis, & omnem formidinem ac dubietatem de malitia ejus excludere: dubetas enim & formido non possunt excludi, nisi per aliquod principium firmum & certum: Sed istud dogma Adversariorum; sequens quacumque probabilem sententiam, tutò operatur vel qui incedit probabiliter, tuò incedit, non est certum aut firmum, sed dubium, incertum, & dantaxat probabile & opinabile, ut jam ostendimus: Ergo, &c.

Confirmatur primò: Dubitatio debet semper tolli per aliquid certius eo de quo dubitatur: Sed prædictum dogma Adversariorum non est certius eo de quo dubitatur, putà an licet habere plures probandas? An licitum sit pingere in die festi, &c. utrumque enim solūm probabile est, subindeque incertum & fallibile: Ergo per tale dogma, seu per judicium reflexum de probabilitate sententiae, non potest tolli omnis formido & dubetas de malitia moralis operationis.

Confirmatur secundò: Si probabilitas reflexa cognita in aliqua opinione, seu judicium reflexum de probabilitate alicuius sententiae, formidinem & dubietatem de malitia moralis operationis excluderet, sequeretur affirmacionem esse causam negationis, & possem recte concludere me non habere de aliquo formidinem & dubietatem, quia de eo habeo formidinem & dubietatem: Sed hoc absurdum est: Ergo & illud. Sequela patet: quia formido & dubetas sunt de intrinseca ratione opinionis probabilis;

A nam ut ait D. Thomas quæstione decima quarta de veritate articulo primo. Tunc est dispositio opinionis, quando intellectus magis inclinat in unam partem, sed de opposita dubitat: & prima parte, quæstione septuagesima nona, articulo nono, Opinio (inquit) significat alicuius intellectus, qui fertur in unam partem contradictionis, cum formidine alterius: Ergo si judicium reflexum de probabilitate alicuius tentatio, tollat formidinem & dubietatem de malitia moralis operationis, sequitur affirmationem esse causam negationis, & me non habere de aliquo formidinem & dubietatem, quia de illo habeo formidinem & dubietatem.

Confirmatur tertio: Si ex vi probabilitatis

B sententia minus probabilis operans posset certificari hic & nunc se non peccare, ipsam eligen-  
do, nullus unquam peccaret, sequendo con-  
scientiam dubiam: Sed hoc dici nequit: Ergo nee  
illud. Minor est certam ut ait Divus Thomas  
quodlibet octavo, articulo decimo tertio. Si  
ille qui habet plures probandas in quandam dubitatio-  
nem inducitur contrarietate opinionum, & manente du-  
bitatione plures probandas habet, periculo se commitit;  
& sic procul dubio peccat, ut pote magis amans benefi-  
cium temporale, quam propriam salutem. Et Cajetanus  
tomo primo opusculi tractatu ultimo resp.  
13. dubio ultimo: Si applicatio (inquit) ad opus  
fluctuat circa rectum & obliquum moris, scrupulus est  
conscientia, contra quem illicitè agitur, & obliquitas  
morali incurritur. Sequela vero Majoris proba-  
tur: Non datur conscientia dubia, nisi simul con-  
cipiatur cum aliquo probabilitate; id est enim  
quis de veritate alicuius propositionis dubitat,  
& fluctuat inter utramque partem contradic-  
tionis, quia utrinque habet rationes probables: Ergo si sola probabilitas reflexè cognita in aliqua  
opinione, certificat conscientiam de rectitudine  
& honestate operationis, sequitur nullum  
unquam ex conscientia dubia peccare; nam semper  
habebit aliquod principium ipsum certifi-  
cans de honestate & rectitudine sua operationis, omittitum istud: Sequens quacumque sententiam  
probabilem, de honestate & rectitudine sua operationis  
securus est.

#### S. IV.

Aliæ rationes expenduntur.

PRAETER rationem jam adductam, quæ  
principia & fundamentalia est, plures aliæ  
supponunt ad nostram conclusionem suadendam, & ad probandum non esse licitum sequi  
opinionem minus probabilem, faventem liber-  
tati, in concursu probabilitoris, quæ stat pro præ-  
cepto.

Prima est: Sententia minus probabilis, licet 43  
secundum se, & dum non apparet alia probabi-  
litas, sit probabilis, tamen comparatione facta  
ad probabilitatem, non manet probabilis, sed  
fallax & improbabilis censetur: Atque senten-  
tiam cognitam improbabilem & fallam, nemo  
tutam conscientiam sequi potest: Ergo nec senten-  
tiam minus probabilem, in concursu probabilitoris.  
Major, in qua est difficultas, probatur: Sic  
se habet minus verum ad intellectum, sicut mi-  
nus bonum ad voluntatem: Sed sic est quod re-  
spectu voluntatis, licet quodlibet vere bonum  
sit amabile, secundum se sumptum, tamen com-  
paratione ad maius bonum, non est amabile,  
negat bonum; unde facta comparatione inter

## DISSERTATIO THEOLGICA

270

maius & minus bonum, voluntas non potest eligere minus, repudiato majori, ut in tractatu de actibus humanis disputatione 9. articulo 3. fuisse ostendimus: Ergo similiter licet opinio minus probabilis, secundum se, & praescindendo ab alia probabili, probabilis sit, & possit tutam conscientiam eligi; tunc tamen in concursu alterius probabili.

**44** Potestque haec ratio & doctrina illustrari & confirmari ex Divo Thoma prima parte, quæstione quinquagesima, articulo primo ad primū, ubi ex Aristotele docet, medium comparatum ad unum extremum, alterum extremum videri, verbi gratia, tepidum comparatum calido, videtur frigidum, & comparatum frigido, videtur calidum; & media fiducia, gravis, comparata ad ultimam dicitur, & acuta ad primam; fuscum comparatum ad nigrum, album dicitur, & nigrum, si comparatur ad album. Ex quo ibidem inferit sanctus Doctor, post Damascenum, Angelos dici immateriales, & incorporeos, quantum ad nos, & comparativè ad Deum dicim materialis & corporales. Unde cum opinio minus probabilis mediet inter improbabilem & probabiliorem, licet comparativè ad improbabilem probabilis sit, facta tamen comparatione ad probabiliorem, censetur improbabilis; subinde que in concursu illius tutam conscientiam eligi nequit.

Ex qua ratione præcipuum Adversariorum fundamentum penitus evanescit: esto enim quod ille qui sequitur quamcumque probabilem sententiam, tuò operetur, & de rectitu dñe sua operationis securus sit, non sequitur tamen posse tutam conscientiam eligi minus probabilem, in concursu probabili; quia, ut jam ostendimus comparatione ad probabiliorem, censetur aut videtur improbabilis; nemo autem tutam conscientiam sententiam improbabilem sequi potest.

Secunda ratio: Dictamen regulas rectam operationem non debet esse indifferens in conformetur, vel non conformetur legi æternæ, quæ est prima regula bonitatis & rectitudinis nostrorum operationum, ut docet S. Thomas 1. 2. quæst. 19. art. 4. sed debet quantum est de se ipsi conformari, sicut quantum ad apparentiam, id est, debet magis ipsi conforme quam difforme apparere: sive horologium, ut sit recta mensuta durationis rerum corporearum, debet quantum est de se, comparari motui cœli, qui est prima regula & mensura omnium motuum inferiorum: Atqui dictamen rationis fundatum in opinione minus probabili stante contra præceptum, in concursu probabili quæ favet præcepto, ne apparet quidem legi æternæ conformatur; quia stante opinionum conficta, non magis apparet non conformari, quam conformari, quia pars probabili magis suadet non conformari: Ergo tale dictamen non potest esse regula recte operationis.

**45** Tertia ratio: Ille non agit recte, qui in sua operatione non sequitur dictamen rationis: Sed talis est qui reliqua opinione probabili secatur minus probabilem: Ergo, &c. Major patet: quia dictamen rationis est proxima & immediata regula morum, ut docet sanctus Thomas loco supra citato. Minor vero suadet: Dictamen rationis nihil est aliud quam inclinatio potentiae rationalis ad assensum: Sed qui reliqua opinione probabili secatur minus probabilem, non sequitur hujusmodi inclinationem;

A cum inclinatio intellectus feratur ad illam partem contradictionis, pro qua sunt fortiora motiva, & magis convincientia, qualia sunt ea quibus opinio probabili invenitur: Ergo qui reliqua opinione probabili secatur minus probabilem, non sequitur dictamentum.

Quarta ratio: Qui facit opus quod probabilitus credit posse duplicare amico, etiam si probabilitus credat non duplicare, contemnit amicum, subindeque contra leges amicitiae peccat: v.g. quis probabilis putat amicum graviter offendit, si in domum suam recipiat ejus inimicum, quemvis probabilitus credat non offendit, si vult nihilominus recipere inimicum, contemnit amicum, quia ita agit, ut etiam si contingat amicum laedi, non curat; si enim timeret eum laedere, viraret periculum ipsum laendendi: Sed qui sequitur opinionem minus probabilem, in concursu probabili, assertent auctum esse illicitum, facit opus quod probabilis credit duplicare Deo, etiam si probabile credat ipsi non duplicare; etenim enim opus duplicare Deo, quatenus in se illicitum est: Ergo qui lequitur sententiam minus probabilem, assertent auctum esse licitum, in concursu probabili, affirmans ipsum esse illicitum, peccat contra legem amicitiae quam Deo exhibere tenetur.

Quinta ratio: Licet ignorantia invincibilis excusat à peccato, non tamen ignorantia vincibilis, quia una tollit ab actu rationem voluntariae, non vero altera, ut articulo 7. fuisse expendens: Sed qui sequitur opinionem minus probabilem, quam putat esse faltam, & à lege æterna discordantem, reliqua è quam veriore & probabiliorem, ac divinæ legi magis consonantiam, non habet ignorantiam invincibilem, sed vincibilem veritatem; tum quia ratione formidinis, annexa opinioni minus probabili, errorum aliquo modo prævideret; tum etiam quia veritatem aliquo modo contemnit, non curando de alia sententia, quam probabiliorem, subindeque veritati magis consonam aut propriam arbitratur: Ergo ille qui sequitur sententiam minus probabilem, faventem libertati, reliqua probabili, quæ stat pro præcepto, non excusat à peccato.

Sexta ratio: Qui habet suspicionem, scrupulum, seu levem credulitatem, quod aliquæ actus est illicita, peccat, & quidem mortaliter, si cum tali suspicione, scrupulo, vel credulitate levè, in gravi materia operetur: Ergo à fortiori ille peccat, qui habet conscientiam non solum dubiam & scrupulosam, sed etiam probabilem, immo & probabiliorem, quod actu quem facit sit illicitus. Consequens patet: quia probabilitas de malitia actus, præfectum si magna sit, qualis illa est, quæ probabili sententia convenit, magis accedit ad certitudinem illa, quam levis suspicio, scrupulus, aut dubium: Ergo si ille qui agit contra dictamen conscientia dubia, aut scrupulosa, existimantis aliquem actu esse illicitum, peccat, a fortiori ille qui agit contra opinionem, quam non solum probabilem, sed etiam probabiliorem existimat, & quæ assertis actu esse illicitum, & legi divinæ contrarium, non excusat à peccato.

\* Antecedens vero expresse habetur in iure, in cap. pertusus 2. de Simonia, ubi deciditur esse peccatum mortale operari contra conscientiam scrupulosam, nisi prius formido & scrupulosus depo-

## DE OPINIONVM PROBABILITATE.

271

deponantur. Item in capite Inquisitione de tentatione excommunicatus propositus esset casus. An con-  
sensus habens conscientiam de impedimento dirimente, posse reddere & exigere debitum conjugale? Respon-  
detur distingendo, an talis habeat huiusmodi con-  
scientiam ex crudelitate probabili & discreta, an vero  
ex crudelitate levi & temeraria? & in hoc secundo  
casu dicit textus: Quod ad pastoris sui consilium (con-  
scientia levi & temeraria crudelitatem explosa) licet por-  
trit non solum reddere, sed etiam exigere debitum con-  
jugale. Per parenthesem illam innuens, quod si  
crudelitatem illam, eti si vel temerariam, non ex-  
ploderet, sine dubio, debitum petendo vel red-  
dendo, peccaret.

Confirmatur ex Divo Thoma quodlibet o-  
ctavo, articulo decimo tertio, ubi ait: Duobus mo-  
duis aliquis ad peccatum obligatur: uno modo faciendo  
contra legem, ut cum aliquis fornicatur; alio modo fa-  
cendo contra conscientiam, etiam si non sit contra legem,  
ut si conscientia dicat aliquid quod levare fecerit, de  
ira si peccatum mortale. Ex conscientia autem obliga-  
tur aliquis ad peccatum sive habeat certam fidem de con-  
vicio eius quod agit, sive etiam habeat opinionem cum  
aliqua dubitatione. Ergo ex D. Thoma ille peccat,  
qui elicit aliquid actionem, quam ex conscientia  
dubia seu scrupulosa existimat esse illicitam,  
licet talis actio re vera non sit illicita, nec legi di-  
vine contraria. Unde cum ille qui habet consci-  
entiam probabilem, immo & probabiliorum, de  
malitia sua operationis, fortiora motiva habeat  
& magis convictionem, quod ea illicita sit, quam  
ille qui ex conscientia dubia seu scrupulosa eam  
malam existimat, si iste peccet, a fortiori & ille  
peccabit.

### S. V.

Eadem veritas ratione morali sua-  
detur.

**R**ATIONES hucusque expositae, Theologi-  
cæ sunt, & ex purissimis ac limpidissimis  
Angelici Doctoris fontibus sumptæ; ea quam  
hic expendemus, moraliserit, & ex dictamine  
prudentiae, seu communivitorum prudentum  
judicio & existimatione petitæ, ac fundata in  
perceberi illo factorum Canonum dogmate:  
In dubio tueri pars est eligenda, de quo fuscus articu-  
lo quinto. Cùm enim dubium sit ac incertum,  
antece operemur, sequendo sententiam mi-  
nus probabilem, in concursu probabilioris, &  
nullus dubitet licere sequi probabilem &  
tuitum, reliqua minus tutæ & minus probabili,  
testa ratio & prudenter suadent, huic potius  
adhærente sententia, qua nulli prorsus errandi  
aut peccandi periculo nos exponit, quam illi  
qua nos probabiliter saltem errandi & peccandi  
periculo reddit obnoxios.

Gallici Annales referunt, Henricum IV, re-  
centis & inclitæ memorie Gallorum Regem,  
cum ex colloquio, quod eo postulante habitum  
est inter Doctores Catholicos, & hereticæ præ-  
varicarii Ministros, audisset ab his, qui tum ade-  
rant hereticis Ministris, eos qui Catholicam si-  
dem sequerentur, dummodo pœ & recte vive-  
rent, in via æternæ salixis ambulare; Catholicis  
Doctoribus ex auctoritate ales verantibus, eos  
qui Calvinistarum doctrinam sequentur, non  
posse ad æternam felicitatem pervenire; Re-  
gem, inquam, sapientissime dixisse, id prudenti  
consilio convenire, ut Catholicam & Ro-

A manam potius fidem amplectetur, quam  
Calvinianæ lectæ adhærente perseveraret; quippe ex partis utriusque consensu, se posse, Ro-  
manæ Ecclesiæ fidem profitendo, futura beatitudinis compotem fieri; at secundum Catholicorum doctrinam, si Calvinianam heresim non  
abjuraret, æternæ damnationis penam devita-  
re non posse: viri potro prudentis esse, in salu-  
tis negotio partem tuiorem sequi. Quæ ratio  
in summo Principe usque adeò valuit, ut repudiatis Calvini erroribus, in Romanæ Ecclesiæ  
partes migraverit.

Sicut discutitur in praesenti materia uti licet:  
cum enim incertum ac dubium sit, an liceat se-  
qui sententiam minus probabilem, in concursu  
probabilioris, idque plures graves & docti  
Theologi constanter negent: econtra vero omnes Doctores, tam qui nostra adhærent sen-  
tentias, quam qui oppositam amplectuntur, u-  
nanimiter, nulloque proflus discrepante, tuto  
nos posse probabilem sequi sententiam, re-  
laxed minus probabili, profiteantur: nonne vi-  
ti prudentis est, in salutis negotio, a quo tota  
hominis pender felicitas, tuiorem & proba-  
biliorem partem sequi, reliqua minus tutæ, &  
minus probabili, nec se expouere probabili in  
materia morum errandi periculo, in qua (ut ait  
Lib. 3.  
cap. 7.  
Lactantius) si quid erratum fuerit, vita omnis everti-  
tur.

Confirmatur: Homo non minus debet esse  
cautes in his quæ ad salutem animæ spectant,  
quam in illis quæ ad salutem corporis pertinent:  
Sed quin istis uteretur opinione minus proba-  
bili, reliqua probabilitati, imprudenter omnino  
& stulte ageret; verbi gratia, qui medicamentum  
reciperet, quod probabilius putaret esse morti-  
ferum, vel qui navi se committeret, quam pro-  
babilius crederet perirram; aut qui sponte in-  
gredieretur sylvam, quam probabilius putaret à  
latronibus inhabitaram: Ergo à fortiori impru-  
denter agiat, qui sautem spiritualem animæ, op-  
pinionem minus probabili, & minus tutæ com-  
mitunt, & qui (ut verbis Hugonis Victorini ut-  
rat) non intem animæ sua legem dare, quam corpori suo  
prescribere nolant.

Confirmatur amplius: Si ex precepto pru-  
dentie tenemur emere vestes, quæ meliores &  
commodiores nobis apparent, & sumere medi-  
cinam, quam credimus salubriorem, aut eligere  
viam, quam arbitratur tuitiorem; a fortiori pru-  
denter imperat, vel saltem suadet, in materia mo-  
rum probabiliores, & tuiiores vias selectari, &  
veriore eligere quam vestimentum, ut discurrat  
Divus Chrysostomus supra paragrapho secun-  
do relatus. Et certe filii buius facili prudenteres filii  
lucis in generatione sua sunt, ut ait Christus Lucas de-  
cimo, homines enim seculares & mundani, in  
agibilibus facili, & bonorum temporalium ad-  
ministratore, omnem quam possunt securita-  
tem sollicitare querunt: novi autem hujus facili  
Theologi & Calvistæ, quibus animalium cura  
commisla est, & qui divini luminis dispensato-  
res & ministri (ut Dionysius Angelos appellat)  
non incongrue dici possunt, vias minus  
tutæ, & minus probabiles, probabilioribus &  
tuioribus anteponi posse profitentur: idque  
in salutis negotio, quod omnium maximum est,  
& a quo, ut supra dicebamus, tota hominis pen-  
det felicitas: & quod milite magis, in ipso eti-  
am mortis articulo, in quo æternitatis iacit a-  
lea; mortis enim articulus (inquit) novam  
opera.